


# Gospel for St. Polycarp

Tonus ad líbitum

**D**


Ominus vobíscum. Rx. Et cum spí-ritu tu-o. V. Sequénti-a Sancti



Evangé-li-i secúndum Matthæ-um. Rx. Glóri-a tibi Dómine.

**I**

-n illo témpore: Dixit Jesus discípu-lis su-is: Nihil est opértum, quod




non reve-lábitur; et occúltum, quod non sci-é-tur. Quod dico vobis in




ténebris, dí-ci-te in lúmine: et quod in aure audí-tis, prædicáte super




tecta. Et no-lí-te timére e-os, qui occídunt corpus, ánimam autem non



possunt occídere; sed póti-us timéte e-um, qui potest et ánimam et



corpus pérdere in gehénnam. Nonne du-o pásseres asse véne-unt: et




unus ex illis non cadet super terram sine Patre vestro? Vestri autem



capílli cápi-tis omnes numerá-ti sunt. No-lí-te ergo timére: multis



passéribus me-li-óres estis vos. Omnis ergo, qui confi-tébitur me coram



homínibus, confi-tébor et ego e-um coram Patre me-o, qui in cælis est.